

## Az országos latin verseny első fordulójának szövege

(a külön versenyző legfiatalabb tanulók tétele)

(2000. február 18. 10-13<sup>h</sup>)

### **A csodaszarvas mondája**

Aliquando iuvenes, Hunor et Mogor, quorum suboles est gens Hungarorum, in desertum<sup>1</sup> excesserunt<sup>2</sup> venatum<sup>3</sup>. Occurrit eis cerva, cui usque in paludes Maeotias vehementer insistebant<sup>4</sup>. Cerva tamen elusit<sup>5</sup> eos et numquam post<sup>6</sup> apparuit. Dum iuvenes terram peragrant, cognoverunt<sup>7</sup> opportunitatem regionis illius. Itaque domum revertentes a patre veniam petiverunt, ut omnibus cum rebus intra paludes Maeotias migrarent. In illa regione contenti vivebant, abundabat enim terra avibus, piscibus et bestiis variis.

Postea Hunor et Mogor duas filias Dulae<sup>8</sup> in matrimonium duxerunt<sup>9</sup>, ex quibus omnes Hungari originem sumpserunt<sup>10</sup>.

---

<sup>1</sup> pusztaság.

<sup>2</sup> excedo 3, -cessi - elmegy, kivonul.

<sup>3</sup> vadászni, azért, hogy vadásszanak (supinum).

<sup>4</sup> insisto 3 + dat. - űzni, üldözni, nyomában lenni.

<sup>5</sup> eludo 3 - kijátszik, megtréfál vkit.

<sup>6</sup> ezután, később.

<sup>7</sup> cognosco 3 - meg- v. felismer

<sup>8</sup> Dula, -ae m. - a fejedelem neve, a két leány apja.

<sup>9</sup> in matrimonium ducere - feleségül venni

<sup>10</sup> originem sumit - ered, származik.